
EDDA

SNORRA STURLUSONAR.

UM STAFROFIT¹.

Nú² um hríð hefir sagt verit, hversu kenna skal þá luti, sem frammi standa í bók þessari: megu þær kenningar á margan veg³ breytast, eptir því⁴ sem nú finna^{ny} skáld, ok taka til ok setja reglur eptir ýmisligum bókum. Skal þó eigi at heldr láta þat únýtt vera, sem forn-skáldin hafa fundit, er efni ok grundvöllr er alls skáldskapar, en eigi skulu menn þessum frásögnum

¹) Hunc titulum ipsi præmisimus, quum in *W* a prima manu nulla inscriptio inveniatur; Raskius inscripsit: um latínu-stafrofit, quod nimis arcte dici videtur; in codice *U* brevis quidam tractatus præmittitur clavi metricæ Snorrii, et inscribitur: her segir af setningu háttalykilsins. — ²) Qui sequuntur tractatus sic distinguendi videntur: 1. Præfatio. 2. tractatus de literis sive de alphabeto Islandico. 3. alius tractatus brevior, ejusdem argumenti. 4. tractatus de sonis, literis, syllabis et partibus orationis, qui tractatus Raskio inscribitur *Fundamentum Grammaticæ*. 5. tractatus de figuris orationis, sive tropologia. De ceteris quidem suis locis agam, hanc vero Præfationem, quæ præmittitur tribus qui sequuntur tractatibus grammaticis, ab his discernendam putavi et ad alium auctorem referendam, saltem ad alium, quam proxime sequentis tractatus, cujus auctor ante Snorrium Sturlæum vixit, quum in præfatione Nostri opera Snorrii citentur. Quis hic fuerit,

EDDA

SNORRII STURLÆI.

DE ALPHABETO.

JAM aliquamdiu demonstratum fuit, quomodo res, supra in hoc libro allatæ, denominandæ sint. Quæ denominationes multis modis variari possunt, prouti poëtæ recentiores hujus temporis, varios libros secuti, regulas (poëticas) proprio ingenio constituere inceperunt. Neque tamen ideo abolenda sunt veterum poëtarum inventa, quæ sunt materia et fundamentum omnis poësius. Sed hisce narrationibus non major quam svadeat ratio

id quidem nescio. Si idem fuit, atque is, qui præfationem *Eddæ Snorriæ* et epilogos *Ludificationis Gylvianæ* et *Sermonum Bragii* conscripsit, in principio præsentis præfationis sua ipse opera citavit, quod eum hoc pacto non facturum fuisse opinor. Sed voluisse eum sequentes tractatus cum *Eddæ Snorriæ* corpore conjungere, quum ex ipsius præfationis initio apparet, tum Raskius (p. 269 not. 4) observavit. De auctoribus hujus partis *Eddæ Snorriæ* vide *Hist. Eccl. Isl. I, 209, not. a, Vitam Sæmundi Multiscii, auctore A. Magnæo, in Edda Sæm. Tom. I. p. xiv-xviii, Edda Snorr. ed. Rask., Holm. 1818, præf. p. 6, item præfationem J. Olavii Grunnavicensis ad Cod. Wormianum ab eo exscriptum, msc.; quorum duo postremi diversos illos tractatus grammaticos, a multis doctissimis viris cum *Skalda* minus recte confusos, caute distinxerunt. — ³) vegg, *W*, et ita sæpius gh pro g molliore. — ⁴) þi, semper, *W*.*

